



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

XL. Markgraf Ludwig verzichtet auf alle Rechte in der Havelbergschen Heide im J. 1335.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

camere nostre magistrum terminari seu iudicari volumus nobis reseruauimus & precise duximus referuandum. In cuius rei etc. Hec forma data est judeis in havelberge, arneburg, prizwalg, fehufen, werben, kyritz.

Leipziger Copial-Buch Bl. 4 a. n. II.

XXXIX. Markgraf Ludwig verpachtet die Zollhebung zu Havelberg im J. 1335.

Anno domini M^o CCC^o XXXV^o in Soldin, in festo natiuitatis beate virginis, Locauimus & exposuimus discreto viro Ottoni Bug. cui in Berlin, suisque heredibus theloneum ciuitatis nostre havelberg cum omnibus suis iuribus, pertinencijs & commodis a festo beati Jacobi proxime lapsi per tres annos continuos quiete et pacifice possidendum, tali tamen condicione interposita, quod idem otto nobis dictis tribus annis durantibus quolibet anno centum libras denar. brandeburgensium debebit & tenebitur sine diminucione qualibet erogare, de quibus quidem trecentis libris exnunc in ducentis minus tribus libris, per eundem ottonem nobis plenarie dicimus satisfactum & de centum libris cum tribus ipse nobis in tercio anno secundum conuencionis secum habite modum tenebitur respondere.

Leipziger Copial-Buch Bl. 5 a, n. V.

XL. Markgraf Ludwig verzichtet auf alle Rechte in der Havelbergischen Heide im J. 1335.

Anno domini M^o CCC^o XXXV^o, in Berlin, tertia feria ante festum beati Michaelis Ludouicus etc. Consulibus & uniuersitati in havelberg gratiam suam & omne bonum. Profitemur litteras per presentes, quod ab omni impetitione iuris & facti, quam ad miricam havelbergensem habuimus, cessauimus & per presentes sponte cessamus, quoad nos, heredes nostros et quoslibet domini nostri successores, renuntiantes solempnitate debita dicte merice & fundo et volentes quod viri presati dictam miricam cum fundo debeant cum plena proprietate et iure ciuitateni pacifice omni tempore possidere, prout etiam in alijs litteris, vobis desuper concessis, expressius continetur, quas approbamus & presentis nostre pagine patrocinio confirmauimus, recognoscentes, quod cum tutoribus hina vice et nunc nobiscum vice tercia vos super dicta mirica composuistis, iuxta nostre desiderium voluntatis & votum. In cuius rei testimonium etc.

Leipziger Copial-Buch Bl. 5 a. und b. Nr. 6.

XLI. Markgraf Ludwig verpachtet die Zollhebung zu Havelberg im J. 1336.

Anno domini M^o CCC^o XXXVI^o, die cene eiusdem, contulimus & assignauimus discreto uiro Johanni diuiti, cui nostro de Colonia, nec non Copikino dicto Jüterbok eorumque legitimis heredibus, theloneum in havelberg pro trecentis & viginti octo marcis argenti brandeburgensis, quas ipsis ex legitima causa debuimus, tenendum, habendum & possidendum absque omni impedimento, a festo sancti Jacobi proxime venturo ultra per quinquennium continuum, cum vniuersis fructibus, vtilitatibus & commodis et pleno iure ac libertate in omnibus suis modis et conditionibus, sicut dictum theloneum nostri antecessores habuerunt. In cuius etc.

Leipziger Copial-Buch Bl. 6. a. u. b. Nr. X.